

Sed rursus Semiramis se offert in hac scena. A marito Memnon vocata vix ad agrum perveniens, prudentissima cum esset, quo pacto inimicorum arx debellari posset, illico indicavit, quae consilio huius solo aequata est. Unde & Ninus Assyriorum Rex ingenium ejus magnopere suspexit, ut refert Tacitus.

PATRIÆ DEFENSORES.

Etiam feminæ defensores patriæ extiterunt. Inter quas Pisana quaedam puella non infimum locum obtinet. Meminit Comes Joannes Castillon, & in laudem illius post obitum ejus tale Epigramma composuit:

Seminiamem in muris mater Pisana puellam Dum fovet, & tenero pectore vulnus bist. Nata tibi hoc, dixit, sedas, atque hoc Hymenæos. Hæc defensa tuo mœnia Marte dabunt.

Cum ab inimicis obfessis essent Spartani, communi consensu decreverunt feminas omnes in Gretam mittere, ne si ipsi in obsidione perirent, illæ ab hostibus in honeste tractarentur. At feminæ hujus decreti conscisc factæ, agrè illud ferentes, viriliter resistunt, ne executioni mandaretur. Quare Archidamia incluta, ac fortis feminæ, arrepto ensè evaginato, Senatum ingressa, acriter Senatores oburgans, dicit: Putatisne Spartanæ feminas, Sparta ab hostibus occupata, voluitas diutius vivere? illi autem stupefacti, decretum revocant: continuo verò Spartanæ feminæ in modum exercitus congregatæ, momentes reliquos milites, ut quiescerent, ceperunt fossam conficere, mœnia civitatis restanturæ, arma præparare, ac tandem viriliter dimicantes, patriæ libertatem conservantur.

PAUSANIAM, eo quod infidelis esset patriæ, ut debitas pœnas luere, Respubl. comprehendi curat: ipse in Palladis templum, tanquam in tutissimum asylum confugit, cetero sciens, propter reverentiam tanti loci, minime fore extrahendum. Ephori decreverunt, portas illius templi, facto muro, penitus claudere, ut sic fame ibi periret: quod audiens Mater Pausania, amor patriæ illam compulsi, ut confestim ipsa calcem, & lapides ad conficiendum murum asportaret. Idem ibidem ex Amilii Probo.

Cum Latini adversus Romanos dimicantes prævalerent, postularunt sibi dari certum numerum virginum. Cuiusmodi petitioni cum valde hæsitarent Romani, ob Latinarum potentiam, quid respondere sibi liceret; quædam Romana puella, nomine Tutola, vel (ut aliis placet) Filotis, monuit Senatam, ut pulchrioribus ancillis, & servas perbellè ornatas ad Latinos mitterent, qui parum tunc à civitate distabant. Placuit Senatui, & ita factum est: adveniente autem jam nocte, & somno sopitis militibus, Tutola ascendit in proceram arborem, ubi ardentem flammam versus Romam direxit, ut prædixit Senatoribus, & continuo milites Romani, qui præparati iam aderant, egressi contra dormientes Latinos, ingentem eorum catervam occiderunt, & virgines recuperant. In cuius rei memoriam Romæ celebratum festum fuit, quod Ancillarum vocabant. Idem.

Quis ignorat in bello Aeneæ contra Turnum, Fœminas propriam patriam ab hostium insecuro defendisse. Sic namque canit Maro lib. 11. Aeneidos.

Iste de muris summo certamine matres, (Monstrat amor verus patriæ) ut videre Camillam Ista manu intrepidè jacuunt, ac robore duro, Stipitibus ferrum, sudibusque imitantur obusis. Præcipites, primæque meri pro mœnibus audent.

MULIERES CASTÆ, RELIGIOSÆ.

Quære in locis eandem Virtutum. Item Devotæ, &c. Vulgaris enim opinio est, mulieres magis devotas, & piæ viris esse. Hinc Ecclesia in certa Antiphona, quam desumpsit ex Augusti. Serm. 18. de Sordis, quæ est

secunda de Annunciatione, canit, & orat pro devoto femineo sexu. Estque probabilis sententia Theologorum; plures feminas salvandas, quam viros: non tantum, quod ex aliquo errore nature, quæ ad imperfectiora producenda magis est proclivis, major scilicet numerus verum quod ob affectus reverentiam prioris sit ille flexus ad pietatem, Deoque debitum cultum exhibendum.

Scripsit de Muliere Tractatum jucundum Alardus Amsterodamensis, in quo eam per omnes Dialecticæ inventionis locos examinat.

Muli.

Quære Titulum de Loco in genere. Ubi agitur de Loco materialiter considerato. S. Equi, Muli.

* Multiloquium.

Vide Garrulitas.

* Mundus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

MUNDUS, Græcè κόσμος, dicitur. Hebr. Holam, quod jam per aliquot secula subsistat, q. d. sciculum, in quo rerum oras, & interitus sit: Sicut Græci autem κόσμος, id est, ornatum, ita nos à perfectâ, absoluteque elegantia vocamus Mundum: quod nihil eo sit mundius, pulchrius, ornatius. Plin. lib. 2. cap. 1. & 4. S. Vide infra, Mundi pulchritudo, & perfectio.

Est autem mundus, qui constat ex celo, terra, & terrænis, celestibusque naturis, ut ait Possidonius in Meteoris. Sive, qui constat ex diis, & hominibus, iisque rebus, quæ horum gratia conditæ sunt, ab ornatuque dicitur, quem Græci κόσμος vocant.

Est etiam Mundus ornatu muliebris quasi munitus: quamvis aliâ movendo dictum velint, quoniam mundus id genus ornatus sit, quod sumunt mulieres, ac deponunt. Mundum etiam neutro genere veteres dixerunt. Lucil. Legavit quidam uxori mundum omne plenumque.

Mundus verò muliebris, ut placet Ulp. est, quo mulier mundior sit, quo dicit contineri speculum, matulas, uingenta, vasa unguentaria, & si quæ similia: unguenta vero gratia valetudinis, mundo muliebris dicuntur non contineri.

SIGNIFICATA, ET ACCEPTA VARIA.

Præcipua mundi significata sic concipi possunt: Mundus tripliciter potissimum usurpatur in sacra Scriptura. Primum, pro rebus ipsi creatis: quibus tota hæc machina visibillis constat Joan. 1. 12. Petr. 3. 6. Secundum, pro vitiosa ca, & misera conditione, quæ ex peccato hominis contracta, i. Joan. 2. 16. & 5. 10. Tertio, pro una quadam parte, eaque nobilissima, & præstantissima, & nimirum pro hominibus tantum, i. Joan. 1. 10. vel omnibus, Joan. 3. 16. Rom. 5. 12. Secundum, vel solis tenentis i. Joan. 2. 2. Tertio, vel reprobis, & infidelibus, Joan. 14. v. 17. 22. 1. Joan. 1. 21.

Celebris est tam apud veteres, quam novos Philosophos, & Theologos acceptio mundi quintuplex. Archetypus, Angelicus, Elementaris, Mundus magnus, & Mundus parvus.

Mundus Archetypus, sive intelligibilis, est divini mens, in quo sunt omnes formæ, & exemplaria rerum faciendarum, vel ut definit D. Aug. 1. Retrad. c. 3. est patio sempiterna, & immutabilis, quæ fecit Deus mundum.

Angelicus est, qui ex triplici Angelorum Hierarchia constat. Elementaris est, qui componitur ex quatuor Elementis, & corpore celestibusque etiam elementum vocat Arif. lib. 3. de Cælo. c. 1. text. 1. Meteor. 1. cap. 3. & in iustis lib. de Color.

Mundus magnus, qui proprie universum vocatur, est tota creaturarum collectio.

Parvus mundus, Græcè μικρόκοσμος, est homo. Dicitur autem homo parvus mundus, quod omnium in unum consensuum naturarum possessionem, & totius Universitatis summam in se cohibeat. Est enim in illo mixtum ex elementis corpus, vita stirpium, brutarum animantium sensus, corporum celestium, quantum ejus natura fert à contrariis, ob temperamenti æqualitatem, remotio, Angelicæ mentis præter intelligendi vim participatio, ac denique, quod summum est, impressa divinitatis effigies. Id quod præter alios observantur

varunt Trismegistus in Pyramdorum Gregor. Magn. homil. 29. in Evang. Nazian. Orat. 2. de Pascha. Nyssenus in lib. de bono. opif. cap. 16. August. in lib. ad Orif. contra Priscil. cap. 8. Damascen. lib. 2. de fid. Oribodoxa, cap. 12. Et insinuant sacri interpretes ad verba Evangelii, ubi Christus mandat prædicari illud omnium creature, quia omnis creatura aliquid homo habet. Vide S. Gregor. Homil. 29. in Evangeli.

* EJUS PRODUCTIO, UNITAS, PERFECTIO.

At primùm Errores veterum. Circa mundi productionem, & naturam, plura fuerunt Philosophorum placita, quæ commemorat Ambros. lib. 1. Hexæm. cap. 1. D. August. lib. 18. de Civit. cap. 41. Albertus Magn. in sum. de homine, in quest. de homin. habitaculo art. 2.

ERRORES CIRCA UNITATEM.

Quidam veterum Philosophorum plures invixerunt Mundos, finitos tamen, ut Manichæi. Alii innumerabiles: ut Democritus, qui in his magna ponebat diversitatem, asserens in quibusdam, neque Solem esse, neque Lunam; in aliis splendidiora lucere sidera, quam quæ apud nos visuntur: Item quosdam esse animalibus desitutos, & plantis, omnique honore vacuos: alios hinc rebus affatim abundare.

Infinitos quoque mundos excogitarunt Metrodorus, Anaximander, Anaximenes, Archelaus, Aristarchus, Xenophanes, Diogenes, Leucippus, Epicurus, & Anaxarchus: quem (Macedo de mundorum infinitate differentem subdividit, illachrymas fertur: rogantibusque amicis, num aliquid cidi quodam lachrymis accidisset, an indignum est, inquit, nos flere, si cum infiniti mundi esse perhibentur, nondum unius Domini sumus?)

Unum mundum fecere, Thales, Pythagoras, Hippasus, Anaxagoras, Parmenides, & Aristotus Heraclitus, Stoicorum princeps Zeno, & Plato, & Melissus.

Fuerunt autem utriusque partis Philosophi, & ii etiam, qui dogma idem tuebantur, diversis rationibus in eam sententiam adducti. Namque ut ceteros omittamus, Metrodorus absurdum esse ajebat, in magno campo unam spicam nasci, & in infinito unum mundum. Democritus, & Epicurus mundorum infinitatem afluendam, ex consuetudine, & nexu infinitarum partium infestissimum.

Plato in Timeo, apud Alcinoium in lib. de ejus doctrina c. 12. Cduobus potissimum argumentis innixus, mundi unitatem probabat. Primum, quia perfectus, atque integer non foret, nisi omnia in se comprehenderet, & compactus, constitutusque esset ex omnibus rebus à Deo creatis. Secundum quia conveniens est, mundum, fœ Archetypo, & intelligibili exemplari, hoc est, divinæ nature, respondere: ut quemadmodum unus est Deus, una prima causa, ita unum fit universum. Eisdem rationibus usus est Philo Judæus in lib. de Mundi opif. Aletensis 2. part. q. 11. men. 1. & alii.

CIRCA DURATIONEM, ET PRODUCTIONEM.

Arif. lib. 1. de celo cap. 10. docet Philosophos omnes convenire in eam sententiam, ut mundum ortum faciant: et si aliqui inter se discrepent. Nam Orpheus, Hesiodus, & hos secutus Plato docuere, mundum initium habuisse, sed immortalem esse, ac sine curriturum: Democritus fortuita atomorum concursione genitum, eundemque correctum iri, ut quodvis aliud corpus ex elementis coagmentatum; nec d iterum instaurandum: Empedocles, & Heraclitus vicissim generari, & interire, nunc amicitia congregante, nunc lite dissolvente.

XENOCRATES, alique Platonici, ut magistri dogma à reprehensione vindicarent, ajebant, Platonem non ex animi sui sensu mundi originem tradidisse, sed illustrandæ doctrinæ gratia: & ut audientes in cognitionem Universalitatis facilius deduceret, ejus quasi ortum in tabella proposuisset, eo modo quo Geometria, qui triangulos in pulvere describit, nites primum lineas quosdam ducant, deinde alias, non quasi ad triangulum componendum ille prius, hæ posterius concurrant, sed ut ea, quæ ad trianguli structuram exiguntur, aperti ostendantur. Itaque Platonem mundum ex elementis quodam ordine coagmentatum dixisse, non quasi à certo aliquo, & præfinito tempore creatum putare, sed ut quibusdam partibus coaluisset, planè ostenderet.

CIRCA ANIMATIONEM.

Chaldæi, qui ingeniorum fœlicitia in Assyria, præ cæteris floruerunt, & Astrologiam invenisse putantur, prædicabant L.B. Theat. vit. Human. Tom. V.

mundum, & cælestia corpora esse animata. Idem opinati sunt, Platone teste, & defensoribus in Cratyllo, Epinomide, omnes ferè veteris Philosophiæ principes, tam Græci, quam Egyptii, quorum alii mundum magnum quoddam animal esse, omnesque ejus partes una, & cadem anima præditas esse putabant; singulis orbibus, alii, æcenas singulas attribuebant; alii etiam unicuique stellæ suam animam applicabant.

Ex his rursus quidam intelligentem duntaxat; quidem altricem simul animam cælesti mundo dederunt, ajentes alii sidera humoribus Oceani in altum subductis.

Denique adeo hæc opinio antiquorum animis infederat, ut Anaxagoras (referente Laertio in ejus vita, & D. Augustino 18. de civit. Dei cap. 41.) quod solem lapidem fragrantem, non verò animal, neque Deum esse dixerit, impietatis apud Athenienses accessit, ac deinde reus factus fuerit. Cælos item animatos fecere ex Hebræis Philo Judæus, & Rabbi Moyses. Ex Arabum disciplina Avicenna, Algazelus, Alpharabius, & Albumazar. Præterea Ptolemaeus, & Astrologi complures.

Denique eandem sententiam approbavit Origenes libro 7. in epist. ad Rom. & 1. tom. comm. in Joannem: addens, stellaris virtutis, & virtui capaces esse, proficereque in actionibus studiosis, & desicere.

* VERITAS PROPONITUR. Nempè

QUOD UNICUS MUNDUS A DEO PRODUCTUS, CUR, QUANDO, QUOMODO.

In Principio, hoc est, ante omnia, ac primo temporis momento, & primæ diei initio, creavit Deus, ex nulla videlicet materia præjacente; Cælum, & terram; idque per se, solus, virtute omnipotentis suæ: ut bonitatem suam hominibus, & mundo communicaret. Decebat enim, ut à Bono Deo bona opera fierent, ait Plato, & ex Platone Augustin. lib. 11. de civit. Dei cap. 21. Creavit autem jubendo, & dicendo, ut dicit David, verbo Domini cali creati sunt. Unde insert Basilium, quod quæ libertate Deus, & potestate fecit hunc mundum, eadem etiam posse plures creare, & hunc annihilare, unde respectu Dei est quasi gutta toris: & dicitur Deus quasi tribus digitis appendere molem terre.

Igitur creavit Deus cælum, & terram, hoc est cælum Empyreum, & globum terræ cum mole aquarum, terræ superfusa: eaque exornavit, & disposuit, & sex dierum mutatione variante cuncta perfecit, quorum primus erat Dominicus, idque ut probabiliter censent plerique, xxv. die Martii: quo etiam Dei filius carnem assumpit. Ita consueverunt Patres Concilii Palæstini, celebrati anno Christi 198. quod citat Beda lib. de æquinoctio verno: se consueverunt omnes Patres à Pererio citati in Gen. hoc æquinoctio mundum à Deo conditum etiam Virgilius loquens de mundi origine lib. 2. Georg. ita canit.

— ver illud erat, ver magnum agebat Orbis, & hybernus præcebat flaribus Euris, neque enim aliud tempus felicitatem statum Innocentia decebat. S. Augustinus in ea fuisse sententia videtur, quod Deus omnia creasset simul. Ita discretè dicit lib. 4. de Genes. ad litt. cap. 22. & seq. verum huic contrariantur omnes penè Theologi adducti luculenta illa narratione Moyses, quæ historica est, undique populo propofita, præsertim cum in ea cuiusque dici fabricam, & opus contextat. Cujus rei validissimum est argumentum, quod Moyses iustus fuerit populo præcipere observationem Sabbathi, ejusque causam assignet, quod Deus postquam sex diebus omnia, quæ in mundo sunt creasset, fœptum die requieverit ab omni opere, quod fecerat; nempe à novarum specierum creatione. Individua enim indies producti, & species rerum consecrari à Deo, ac gubernari, constat Joannis cap. 5.

PRO MUNDI CREATIONE,

IN TEMPORE FACTA, RATIONES.

Ut omittamus evidentem Creationis narrationem à Moyse factam, omnis præscarum rerum memoria, quæcunque apud Gentiles, sive in scriptis, sive in literis, seu literarum figuris, sive in quantumlibet aliarum rerum monumentis extat, non solum exordio mundi, quod tradit sacra Scriptura, sed Noetico etiam diluvio recentior esse deprehenditur. Plinius quidem in cap. 56. lib. 7. curiosè persequitur, diligenterque colligit primos omnium artium, & disciplinarum, omniumque rerum, quæ ad usum humanæ vitæ comparatæ sunt inventores: quorum ætates sigillatim contemplantibus, manifestum fit, non modò

Ccc 2 mundum

mundum non fuisse eternum, sed etiam ejus originem non esse admodum antiquam. Et verò, si mundus æternus esset, qui fieri posset, ut nullus rei, quæ ante sex annorum millia in orbe fuerit, ulla sit apud gentem aliquam memoria?

Cur supra bellum Trojanum, & funera Troja. Non alias alii quoque res cecinere Poeta? Quo tot facta virum toties cecidere? nec usquam æternis fama monumentis insita florent?

Berosus certè Chaldaeus antiquissimam putatur scripsisse historiam, cujus tamen, ipse [ut Josephus refert priorilibro contra Apionem] à diluvio sumpsit exordium.

Trogus Pompejus altissimè repetens originem rerum, quas historici mandavit, orsus est scribere à Nino Rege, qui annis post mundum conditum nongentis, & mille primam, quæ in mundo fuit Assyriorum monarchiam fundavit.

Eusebius 19. de præp. Evang. c. 4. §. 10. c. 3. multa colligit, quæ ad hoc argumentum spectant: inter alia tradit, Dionysium Halicarnensem, in libro, quem de temporibus edidit, affirmare, res Argolicas, quæ ab Inacho cœperunt, omnium rerum Græcarum esse vetustissimas, Achusilaum item, Phoronidem, aliosque Græcos Scriptores, antiquissimum mortalium prædicare Phoronæum, Metiam Varronem acerrimum vetustatis æstimatorem in sua Historia nihil Ogygis diluvio antiquius agnoscere.

Atqui & Inachus, & Phoroneus, atque Ogygis ejusdem ætatis fuisse, quæ ætate vixit Jacob Patriarcha. Nec illud est in præteritis reliquendum, fuisse post Cecropem Moysis æqualem, omnia, quæ à Græcis de claris hominibus, & Heroibus, diisque suis aut veris historiis tradita, aut fabulosis celebrata miraculis commemorantur. Quid plura? Belus, ex quo fluxit, & originem traxit (ut visum est multis) omnium idolorum cultus, pater fuit Nini Assyriorum Regis, cujus temporibus Abraham natum esse accepimus. Ergo longè posteriora Noeticum sunt diluvio quæcumque apud Gentes habentur vetustissima.

CIRCA ORIGINIS ANTIQUITATEM VARI SENSUS, ET OPINIONES.

Vix dici potest, quàm in hac re, quæ adeò clara est, fuerit C omni tempore vaga, inconstans, erransque, ac planè cæca Gentilitas. M. Varro princeps senatus Romanorum sapientum, prope cunctis suffragiis renunciatus, cum omne mundi ævum (ut Censorinus est auctor) tria in tempora disperdivisset, primum designavit id, quod præcessit primum cataclysmum: alterum, quod à cataclysmo fluit ad exordium Olympiadum, tertium, quod à prima Olympiade ad suam ætatem præterierat, atque hoc extremum confirmat subtili computatione temporum, certoque annorum numero notatum, & comprehensum haberi: medium autem, ut non exacta ratione teneri, ita satis probabilibus conjecturis esse cognitum, primum verò omnino fugere nostram intelligentiam. Nam si mundus est æternus tempus illud, ut interminatum, & immensum, esse mortalibus incomprehensibile, five autem mundus initium habuit, nihilominus tamen subtiliter, ac præfinito determinare annorum ejus temporis numerum, immensa difficultatis esse.

Sed audiamus ea de re Ægyptiorum, & Chaldaeorum portenta. Fuit semper Ægyptus prodigiosorum mendaciorum parentis, alrix & magistra, hæc ut incredibili suæ vetustati, quam præbat, fidem faceret, innumera, finxit mundi sæcula: dicebat Denim, ut Diodor. Pomponius, Mela, & Laertius prodiderunt, ex quo tempore sunt Ægyptii, quater cursus suos vertisse fidera, & bis Solem occidisse, unde nunc oritur: regesque illorum partim ex Diis, partim ex hominibus, usque ad Ptolemæum patrem Cleopatras supra 70. annorum millia regnasse in Ægypto: postquam autem rationem fidem comprehendit Ægyptus, amplius, quàm centum annorum millia numerati.

Plinius etiam l. 25. c. 13. refert, Ægyptios gloriarì solitos, artem pingendi 6. millibus annorum horuisse in Ægypto, priusquam ea transiret in Græciam: O miram nugandi, & mentiendi licentiam? videlicet putarunt isti, eò se liberi, acque impudentius mentiri posse, quo difficilius credebant sua redargui posse mendacia: sed bene habet, quod quæ de sua veritate mentiuntur, aliis ipsorum notioribus mendaciis confutantur.

Venio ad Chaldaeorum deliramenta. Gloriantur illi habere se siderum, & rerumque cœlestium scientiam, non minus quam septuaginta, & quadringentorum mille annorum observationibus, experimentis; comparatam, atque comprobantam.

Ceterum inter Christianos etiam non convenit, quæ secula, & anni à prima mundi creatione effluxerunt, cum alii aliam Chronologiam ineant rationem, & suam quique conetur defendere. Baronius in Martyrol. 25. Decemb. scribit, Christum natum anno à mundi creatione quinquies millefimo centesimo nonagesimo nono. Ejusque sententiæ assertores adducit lxx. Interpretes, Eusebii chronicon, veterem quoque Ecclesiam tam orientalem, quàm occidentalem, quæ semper illum lxx. Interp. suppotationem secuta perhibetur. Cornelius à Lapide aliam Chronologiam tradit, juxta quam Christus incarnatus esset an. 3950. & auctoritate S. Scripturæ suam sententiam confirmare conatur, ubi diffidet à Baronio in mille. & centum annis, quæ sane discrepantia valde dissensa est. Alii affirmant natum Redemptorem anno à mundi origine 3970. quem plerique autumant 3966. Quidquid in hac opinione multiformitate sentiant, non crediderim punctum rei tangendum, cum nobis vindicare non debeamus, quòd majoribus ita obscurum fuit. Igitur quot hic capita, tot sunt sententiæ. Attamen cum Baronio pauci recentiores videntur consentire, & receptor hoc ævo supputatio à mundi creatione usque ad Christum, numerum quatuor millefimum non excedit.

Scribit Moyses, quòd Deus postquam omnia creasset, cuncta viderit, quæ fecit, craneque valde bona. i. conformia naturæ suæ. Gen. c. i. Deus autem operis excellentiam, tum ab ipso illius auctore, qui Deus est: tum ab instrumento, Dei verbo scilicet: tum à causa, quæ à natura melior, quàm ut bonum creetur a bono, ait S. August. Gen. 140. denique ab ipsa operis fabrica ex nihilo producta eruitur.

Pulchritudinem ipsa vocis appellatio fecimus, Latini Mundum dixere, ut quos Pythagoras: à pulchritudine, rerumque omnium apta digestione. Plato à rerum comprehensione, speciem plenitudinem vocat. Tria autem sunt potissimum, ex quibus univèrsi perfectio consistere intelligitur, nempe singularium rerum è quibus componitur absolutorum naturarum varietas, & distinctio: Partium ordo. Alii ex pluribus rebus, quæ tamen ad tria superiora reducuntur, mundi eliciunt pulchritudinem. 1. Ex varietate rerum. 2. Ex ordine earundem. 3. Ex plenitudine, & universitate illarum, omnia enim G complectitur, ideòque dicitur Univerfium. 4. Ex connexione arduissima tam secundum substantiam, quàm secundum quantitatem. 5. Ob rem inter se discordem concordiam. Unde Trismegistus harmoniam quandam in mundo collocabat: ut Pythagoras univèrsam prædicabat ea ratione compositum, ut Lyra. 6. Ex Antipathia, & sympathy rerum. 7. Ex earum debita proportionè, cum inter se, tum cum toto mundo. 8. Ob divinam, optimamque omnium administrationem, quæ inferiora superioribus parent, & unaquæque ad finem suum dirigitur, cunctaque ad hoc nimia utilitate componitur: quin & mala ipsa in bonum dirigitur. Extendit hæc omnia Pererius in Genesim. lib. 1. c. 1.

Apposuit ergo, & discretè S. Bernardus serm. 3. de Pentecoste. Tria, ait, sunt, quæ in magno hoc mundi opere cogitare debemus, videlicet, quid sit, quomodo sit, ad quid sit constitutus. Et in esse quidem rerum: inaltimabilis potentia cõmendatur, quod tam multa, tam magna, tam multipliciter, tam magnificè sunt creata. Sanè in modo ipso sapientia singularis creatæ, quod hæc quidem sursum, hæc vero deorsum, hæc in medio ordinatissimo sunt locata. Si verò ad quid sit factus mediteris, occurrit tam utilis beneficentia, tam benigna utilitas, quæ etiam in gratissimos quoque multitudinem, & magnitudinem beneficiorum post obducere. Pontentissimè siquidem ex nihilo omnia, sapientissimè pulchra, benignissimè utilia sunt creata.

Loquens Salomon de admirando hoc mundi officio: Omnia, inquit Sap. 11. in mensura, & numero, & pondere disposuisti, ò Domine creator omnium, de qua sententia Sapientissimè S. August. l. 4. de Genesim ad litteram cap. 3. 4. 5. tom. 4. §. S. Tom. 1. p. 9. art. 7. ubi ex S. Augustino docet, omnem rem, five omne bonum habere primo mensuram, quæ omni re certum modum ex determinatione principiorum suorum efficiendum, & materialium præstat. Secundo habere numerum, qui cuique rei præcipem præbeat. Tertio, habere pondus, id est, ordinem, & inclinationem ad actus, & finem suum: quod pondus rem ipsam ad suam quietem, & stabilitatem trahit.

De mundi perfectio, et pulchritudo. Scribit Moyses, quòd Deus postquam omnia creasset, cuncta viderit, quæ fecit, craneque valde bona. i. conformia naturæ suæ. Gen. c. i. Deus autem operis excellentiam, tum ab ipso illius auctore, qui Deus est: tum ab instrumento, Dei verbo scilicet: tum à causa, quæ à natura melior, quàm ut bonum creetur a bono, ait S. August. Gen. 140. denique ab ipsa operis fabrica ex nihilo producta eruitur.

* MUNDI PERFECTIO, ET PULCHRITUDO.

Hoc significare volens Plato in Timæo, dicit mundum factum esse per cubum ternarii, id est, per viginti septem: tria enim in se ducta, id est, ter tria faciunt novem, rursum ter novem faciunt viginti septem, qui est, & vocatur cubus ternarii. Per hunc ergo cubum, puta per viginti septem, mundum esse factum censuit Plato, quia in hoc cubo, puta viginti septem, omnis harmonia, & consonantia (numeratorum) consistit.

Hanc autem consonantiam Boetius lib. 4. de consolatione Philosophiæ, met. 6. elegantissimis verbis exposuit:

Elementa modis, ut pugnancia, Elementa, cedant humanis fictis, Fungantque fidem frigora flammis. Pendulus ignis surgat in altum, Terræque graves pondere sidant. Iisdem casibus veterè repetenti Spirat florifer annus odore. Estas Ceterem seruida siccat. Rorat pomis gravis Autumnus. Hiemem defluxus irrigat imber. Hæc temperies alit, ac presertim, Quicquid vitam spirat in orbe: Eadem rapens condit, & aufert Obitu morgens orta sepates.

* MUNDI ÆTATES. DURATIO.

De mundi ætatibus varii varie scripserunt. Poetae quidem Mundi quatuor ætates statuunt: non quidem eas luminescentes durationes, ac certo annorum circulo, sed ab insigni hominum, fortisque mundana mutatione. Has autem à quatuor metalli speciebus appellaverunt, Auræam, Argentæam, Ferræam, & Ferream. Cui figmento forsassis causam dedit. Statua illa, quam apud Daniælem viderat Rex Nabuchodonosor per quietem, cuius caput aureum, pectus & humeri argentei, venter & femur æreum, tibia ferrea. In qua statua quatuor Monarchias significari tradunt interpretes, & Poetae eandem suis fabulis accommodarunt. Poterunt namque Græci hujus statuae aliquam habere notitiam, uti & aliorum mysteriorum S. Scripturæ. Certè Sibyllæ hæc mundi ætates etiam oraculis suis descripserunt. Hesiod. lib. 1. v. 23. hujus numerat quinque, herocæam scilicet, inter ætatem, & ferream interponens, qua Hercules, Jason, & Argonautæ vixerunt.

Post illum Aratus in Phenomenis, nomine Æreæ etiam Ferream comprehendit.

Ceterum familiaris, & obvia est earundem apud Ovid. descriptio in Metam. ubi in hunc mundum dicit: Ac primum de

AUREA.

Aurea prima facta est ætas, quæ vindice nullo Sponte sua sine lege fidem, relictumque colat. Tænia, metusque aberrat: nec verba minantia fixo: Ære ligebantur: nec supplices turba timebat. Judicis ora sui: sed erant sine iudice iuri. Nonidam cæca suis, peregrinum ut viseret orbem, Montibus, in liquidas pinus descendere undas. Nullaque mortales præter oppida possent: Nonnam præcipites cingebant oppida fossæ: Non tuba direlli, non ensi erant: sine militis usu Mollis sicæe peragebant ora gentes. Ipsa quoque immans, stragula, instata, nec ullis saucia comeribus, per se dabat omnia, telus Contentisque cibis nullo cogente creatis. Arctæos factus, montanaque fraga legabant, Cornaque, & in davis hyemina mora rebus. Et que decidant patula Jovis ardore glandes. Per erat æternum, placidique tepentibus auris Mækebant Zephyri natus sine semine flores. Mox etiam fruges tellus inarata ferabat. Nec renovatus æger gravidis cæcabat aristas. Flumina jam lactis, jam flumina rocharis ibant: Flavæque de viridi stillabant uiscerella.

ARGENTEA.

Postquam Saturnus tenebrosa in tartara misso Sub Jove mundus erat, subitque argentea proles, Auro deterior, subivo pretiosior ære: L. B. T. Best. vit. Human. Tom. V.

Jupiter antiqui contraxit tempora veris, Perque hyemes, æstusque, & inæquales autumnos, Et breve ver spatium exegit quatuor annuum.

Tum primum factis aer fervoribus usatus Canduit, & ventis glacies affricta pendebat. Tam primum subiere domos 3 domus intra fuere. Et densi fructices, & sancla corvæ virgæ. Semina tum primum longis cerealia sulcis Obruta sunt, pressaque jugo genuere juvenes.

ÆNEA.

Tertia post illam successi abenea proles, Sævior ingenti, & ad horrida promptior arma Non scelerata tamen.

FERRA.

De duro est ultima ferro. Protinus irrupit vena pejoris in ævum Omne nefas: fugere pudor, vorumque, fidesque: In quorum subiere locum fraudesque, dolique, Insidiæque, & vit, & amor sceleratus habendi. Vela dabat ventis, nec adduc bene noverat illos Navita; quæque alii hietant in montibus altis, Fludibus ignotis insultare carine; Commoneque prius, ceu lumina solis, & auræ, Cautus humum longo signavit limite mensor. Nec tantùm segetes, alimenta que debita diues Postebatur humis: sed itum est in viscera terræ. Quæque reconcliderat, hujusque adnoverat umbris. Effunduntur opes, irritamenta malorum. Jamque nocens ferrum, ferroque nocentis aurum Præterat: prodiit bellum, quod pugnat utroque. Sanguinea quoque manu crepitantia concussit arma. Vicitur ex vincto: non hospes ab hospite tutus, Non sceer à genero: fratrum quoque gratia rara est. Imminet exitio vir confugit, illa maris: Lærida terribiles miscent aconita novæcæ. Filis ante atern patrios inquirat in annos. Vela jacet pietas: & virgo cæde madentes. Ultima cœlestium terras, Æreæa reliquit.

ÆTATES JUSTA HEBRÆOS.

Vetus est traditio, ut prænotavit Genebrad. in sua Chronologia, à quodam Helia, non illo Thesbite Propheta, sed à quodam alio nobili Judæorum Rabbino profecta, quem admodum traditur in Testamento voluminibus ordine 4. r. 4. cui titulus est, Sanderius, hoc est, Judicium, ubi sic est scriptum: Sex millibus annorum erit mundus, & iterum destructur: duo millia fuerunt inanis, & vanitatis: duo millia legis Mosæicæ, & duo millia erunt dierum Messie. Quam opinionationem, quibusdam conjecturis fulcire voluit, Rabbi Isaac super primum capit. Genesios, aut primum versum libri Genesios, qui continet summam totius mundi, scies habere litteram Aleph, quæ Hebræis denotat millenarium numerum: tum, inquit, Deum sex diebus fecisse mundum, & septimo die requievisse, apud Deum autem mille anni computatur dies unus, sic enim dicit David Psal. 89. Mille anni ante oculos tuos tanquam dies heisterna, quæ præterit. Simile est apud Dominum in c. 3. posterius epistolæ: Unus dies, inquit, apud Dominum, sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus. Addit etiam, primos sex homines in generatione Adam, unde genus omne hominum propagatum est: scilicet, Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Jared, fuisse mortuos, septimum autem Henoch vivum esse translatum: quasi per hoc innotuerit, post sex millenarios annos, quibus labor, & mors in mundo regnaverunt, in septimo millenario initium futurum quietis, & immortalis vite.

Hoc commentum placuit etiam plerisque Christianis Doctoribus, Justino Martyri, Ireneo, Lactantio, Hilario, Germanus autem Episcopus Constantino politanus, in lib. de Theoriarum Ecclesiasticarum, testimonio Hypolyti, & Cyrilli, ex libris, quos isti scripserunt de Antichristo, confirmari. Et hoc significari ait, cum Pontifex benedicens populum: Digito atollit, ad demonstrationem numeri sex millium quingentorum annorum compositos, & ætatos. Sed sua istos conjectura, & computationem venisse falsos esse, eventus declaravit: assistant enim, Christum venisse in mundum, initio sexu millenarii, eoque completo fore mundi hujus consummationem, & finem: atqui post adventum Christi, jam mille sexcentos, & amplius præterisse cernimus.

S. Ambros. lib. 7. suorum Commentariorum in Lucam, propterea sibi probari negat ejusmodi traditionem, quod suo tempore jam exacta essent ab exordio mundi pluraquam sex annorum millia, Ccc 3

millia, falsa, ut opinor, Chronologia persuasus.
A Beda in libro de Ratione temporum, de eadem traditionem libere continet, eandemque reicit Augustinus in enarrando Psalmum 89. cui minime congruentem scripsit, quae negat tempus consummationis mundi posse scribi ab Angelis, nedum à mortalibus.
 Si autem certum esset mundum sex annorum millibus duraturum, sciri etiam posset quantum temporis ad ejus consummationem esset reliquum: Computatis enim ab origine mundi ad praesentem annum, annis jam transactis circiter quinquies mille sexcentis, profecto ad finem usque mundi quadringenti non superessent.

CHRISTIANOS.

Quaquam autem traditum est à Patribus, in sex aetates distinctum esse mundum, seram, atque ultimam aetatem à Christi adventu incepisse, & ad consummationem usque mundi protrahendam, non ob id tamen cognitum esse potest, quam longa futura sit haec sexta, cum priores quinque omnes disparis fuerint rationis: Prima siquidem, ab Adamo ad diluuium consumpsit annos mille sexcentos quinquaginta sex: Secunda à Diluuiio ad ortum Abrahae, ducentos nonaginta duos, vel **B** comprehensa generatione Cainam, trecentos viginti duos: Quarta à David usque ad captiuitatem Babylonicam, quadringentos septuaginta tres: Quinta à captiuitate usque ad Christi Domini adventum, secundum Bedam: in libro de sex aetatibus mundi, quingentos octoginta novem: ac secundum vtiorem, certioreque Chronologiam, sexcentos triginta: Sexta ab ortu Domini nostri usque ad finem mundi, incertae & incomperatae mortalibus durationis est.

Nam conjectura illa quorundam, argumentantium extremam hanc aetatem, sicut alius multis rebus, sic etiam duratione, parum, & aequalem fore primae aetati, inutilis est, & infirmo subnixi fundamento: quae profecto si vera esset, non longe abesse consummationem mundi: vix enim centum annorum curriculum emittendum superesset.

At enim vero, cum tam gravi oratione Christus reprehenderit curiosam Apostolorum sciscitationem de futuris temporibus, dicens eis, Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quae Pater potuit in sua potestate: & alio loco, inquit, De die autem illa, & hora nemo scit, neque Angeli caelorum, nisi solus Pater: profecto valde temerarium, & perquam absurdum est, de futura mundi duratione quicquam explorati, certique velle descibere.

MUNDI PER REGIONES, ET PROVINCIAS DIVISIO.

Pete ex loco de Geographia. Lib. 7. huius Operis. DE MUNDO, UT RES CREATAS SIGNIFICAT.

De Mundi, ut terrenarum rerum amorem importat, & spirituali Christi regno aduersatur, vanitate, & malitia, ejusque contemptu perituli, pleraque desumi poterunt. Ex Titulo de Terrenorum honorum contemptu, Paupertate voluntaria. Religione, Mortificatione, & aliis suis attributis.
 Omne enim, quod in mundo est, pronuntiauit S. Joannes: aut concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, vel superbia vita. in 1. Canonica.
 S. Bernardus, Mundus est, inquit, ubi malitiae plurimum, ubi sapientiae modicum, ubi omnia sunt villosa, omnia lubrica, omnia opera tenebris, & obfusa laqueis, ubi periclitantur animae, & affliguntur corpora, ubi omnia vana, & afflictio spiritus: & in Joelle dicitur, Confusum est gaudium à filiis hominum. in serm.

DO amatores mundi B. Augustinus hac voce compellat: esse poterit spes vestra in mundo, quam ut amici mundi sitis. Ibi quid nisi fragile, plenum periculis, & per quot pericula pervenitur ad majus periculum? perant haec omnia, & dimittamus haec vana, & inania: confitemur nos ad solam inquisitionem eorum, quae finem non habeant, vita haec miseria est: mors in certa subito obrepit, & post haec negligentiae poena supplicio luenda est, in libro Confes.

Andreas Billius in Antholog. ita eosdem hortatur. Diffuge, munde senex tam vete, & sordide vi tam, Fallere qua possis, ars sit ut ulla tibi, Non mirum juvenem multis placuisse seniles Nunc jam ruga genus inscit: ite procul. Quam sunt laudandi, qui te florente juvenia

Sperare, & luxus, deliciasque tuas. Tam sunt in vitio: quoniam in fata ruentem, Atque omni vacuum prosperitate, colunt.

Quam vero periculosus sit mundi amor, similitudinibus his declarat Hugo Philonius, Pex est mundus, quamlibet levi actu tangentes inquirit. Vilis est mundus, qui suos miratores in modum aucupis, peccati, & mortis aeternae involvit. Laqueus est mundus, qui voluptatibus, & opibus, vel ecclesiis obiectis allicit, atque capit incautos, & secum trahit in vastum interitus. Unde mihi vix possibile videtur, ut qui mundi legibus vivit, purus ab inquinamento mundi, & immaculatus hinc emigret. In Tulliano, vel de scientia bene moriendi, fol. 28.

CONTEMPTORUM MUNDI

EXEMPLA, ET APOPTHEGMATA.

Vocabat Apollinem Abbatem quidam frater, ut bovem caeno immerteret secum extraheret, qui, Cor, inquit, vicini tui praetergresso habitaculo, ad me divertisti? coque respondente, vicinum illum jam ab annis quindecim defunctum? Et mihi, ait, anni viginti, & amplius sunt, ex quo mundo sum in ortus. Tantum temporis in religione religiosè exegit, & didicerat in hoc mundo fura mundum esse: & licet corpus gereret, voluit tamen in eo ales interior. Ex Cassian. Marul. Beyerlinck in Apoph. Christianis.

Reus Josaphat reducebatur exilio viros sanctos summo honore excipiebatur, cumque ob id calumniam fulmineret, binam thecam precio, & forma disparem adferri praecipit, ac pretiosam quidem arena, virorem auro opplevit. Tum calumniantis se opinionem dedit alterum eligendi. Qui externa specie deceptus, elegit quod deorsum magis sumptuosum apparebat. Ad quem Josaphat: Qui magni in mundo apparet, his permissi sunt: interitis viles, exterius pretiosi. Certe?

Quisquis ad excessum pervenit culmina montis, Jam cubilia ex alto vertice parva putat. Sic quoque virtutis tergitur qui culmina parvi Jam pretii quicquid certis in orbe putat.

Ex Damasc. in Hist. eiusd. Beyerlinck supra. Quid autem talia memorem, quae prior illa aetas vidit? ad nostrum seculum venio, & invenio Thomam Morum carceri in iusto mancipatum, ita eos, qui ad se consolandum venerant, alloquuntur em: Mundus hic, inquiebat, carcer est, ex quo omnes ad causam dicendam fidei singulari diebus evocantur. Quod autem meus carcer aliorum Principum carceris sit minor, beneficii loco habeo: cum è malis pluribus minimi tempore sit eligendi. O N. Sandor. lib. 1. de Schism. Anglic. Tb. Cap. in Vita, c. 11.

Digna, quae inter priores locum tenent. Elisabeth Hung. Reg. filia, intellexerat ex Sophia parente, maritum diem ultimam obivisse, & vix pericula ad tam infaustra rei nuntium, dicebat: Si mortem fratrem meus obivit, & mihi quoque posthac mundo, ejusque vanitatis defuncta, mortuorum mundus ipse, & sanè, ut cuiusvis illi moritur, monet Boet. in Consol. ubi dicit: Rara si constat sua forma mundo.

Si tantas varias voces, Crede fortunae vicinum caducis, Bonis crede fugacibus. Constat, aeterna postquam lege est, De constet genium nihil.

Beyerlinck supra. Idem paucis, sed nervosis verbis. V. C. Justus Lipsius tumulo suo intercipit, dum ait: Humana quaelia sumus, umbra, vanitas, Et scena magis, & verborum abolum, nihil.

Hae etiam spectat monumentum Tarraconense inventum, & H. Romam delatum, cui figura hominis lupina faxo insculpta fuit, ad cuius caput florens ramus, ad pedes verò marcescens erat, cum his verbis: Aspice quam subito marces, quod floruit ante, Aspice quam subito, quod lecte ante, cadat. Nascens movimus, nisi que ab origine pendet. Ipsaque vita sua scenam mortis habet.

Tentantur erat Nilum Aegypti fluvium Macarium cum altero Macario, torus pannosus, & squalidus, quos cum Tribunus regionis esset intatus; Beati, inquit, vos, qui mundum illudis. At Macarius, ut erat urbanus, Nos, inquit, mundum illudimus, sed vos mundus. Ex Paulino, in Hist. Lauf. cap. 20. Beyerlinck supra.

S. TYBURIUS martyr, quem Valeriani fratris, & Caeciliae virginis preces, & verba ad Christi fidem petraerant, cum ab Alma

Almachio Praefecto insaniam argueretur; dicebat: Utinam dignentur nos referre in numerum fervorum suorum, qui respiciunt id, quod videtur esse, & non est: & invenerunt illud, quod videtur non esse, & est. Ecquid, inquit Almachius, videtur esse, quod non est? Omnia, ait, illa, quae in mundo sunt, quae & cultores suos ad aeternum exitium prebrevis temporis Latitiam ducunt. Quid vero, inquit, est tuo iudicio, quod non videtur? Vita iustus, respondit, & supplicium iniustus. Sar. tom. 6. in vita Caeciliae. Beyerlinck supra.

Spestandum hic etiam se praebet Machliniensis oppidi tutelaris Divus Rumoldus Archiepiscopus, quem (ut erat Scotorum Regis primogenitus) nunquam adduxere parentes, ut regni posthuma gubernacula animo, minus re ipsa susciperet, & abbat enim: Dominus Jesus, qui mundanum respuit imperium, mandavit ipsum sequeretur nudus. Ex vita ejusd.

Plura de Mundi, & verum hamanarum vanitate, Vide in loco de Vanitate.

MUNDI VICTORIA.

Egregia sane fuit in Aichardo puero de mundo victoria: hunc enim pater mulieribus negociis affluere praemonebat; mater vero è diverso mariti consilium alio inflectere conabatur, profectata se pro filio votis insolubilibus esse obligatam: **B** nam eo tempore, quo ipsa partus imminente crebris doloribus quatiebatur, affirmabat, si salvo partu, Dei adiutorio mortis periculum evasisset, affirmabat, inquam, se quicquid peperisset, divinis cultibus devovisset. Hanc igitur sibi praestari à marito indulgentiam postulat, nec retractata promissione voti ream efficiat, neve filius pro hac re aliquando iudicio Dei periclitaretur. Verum dum pater multa obstinatione votum mulieris improbat, nec ipse à proposito emolliri potuisset, ecce ad dirimendam litem inter eos medius illis filius intervenit, dicens patri, nulla se rerum mortalium ambitio tenet, & ideo nulla inanis militia pompa delectari. Christi, inquit, pater, miles esse decree: me, nisi mors, à militia Christi nemo avellere poterat: dum tamen, quod ad implere valeam, me interim à catholicae auctoribus liceat addiscere. Videns pater filium immutabilis proposito tenere constantiam, noluit eum ultra turbare: quin potius se, & filium voluntati Dei attribuit, ut quo filium superna inspiratio evocasset, eo & libenter pater annueret. Fulbert. in vita. ejus. c. 1. apud. Sur. 15. Sept.

Munus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Munus Graecè δῶρον, dicitur. Hebr. *Stochabab*, à verbo *Stachab*, munera dicitur. Cognationem habet, cum *Stochabab*, corruptum, nam munera excaecant oculos videndum, & iudicium corrumpunt. Est rei alicujus donatio, atque honoris signum secundum, *Avish. lib. 1. Rhetor.* Munus autem, donum, & praemium (ut placet Donato) sic differunt, quod donum, & munus tam ante factum, quam post factum datur, praemium non nisi post factum.

Donum voluntarium est, Praemium debetur: Donum diis datur, Munus hominibus. Praemium viris fortibus. Donum à liberali homine, Praemium à Praelato. Inter Donum, & Munus hoc interest, secundum eum Donatum, quod Munus est, id quod necessario subimus, lege, more, imperio ejus, qui jubendi habet potestatem; Donum, quod nulla necessitate juris, sed sponte praestatur, & si non praestatur, nulla reprehensio, & si praestatur, plerumque est laus.

Munus, ut placet Varro, dicitur, quia, qui mutuo animo sunt, id dant officii gratia, nec à dono differunt, nisi cum per mercedem, vel pro officio ponitur, quoniam officia aut à principibus, aut Rebus publicis muneris loco dari consueverunt, vel pro ludis, qui à principibus populis quasi muneris loco exhibentur.

PARTITIO.

Distingunt Theologi, & Jurisconsulti munus, ut aliud fit à manu, & aliud à lingua: aliud ab obsequio, & defumitur ex Greg. hom. 1. in Evangel.

Munus à manu vocant pecuniam, & omne donum, quod alicui datur.

Munus à lingua vocant preces, encomia, commendationes, & his similia.

Munus ab obsequio est: quodvis obsequium five ministerium, quod alicui praestatur. Videatur S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 5.

MUNERUM CORRUPTELA.

DONATIO INIQUA, EFFICAX. Inter alia Judicialia praecipua, quae per Moysen commenda-

ta esse iussit veteri populo Deus, unum est, Non accipies munera, quae etiam excaecatur prudentes (Hebraice legitur videntes, quasi qui oculos mentis habent aertos, id est, sapientes) & subvertunt verba iustorum, verissima est haec sententia. Unde aemiga.

Mutnega cum Murva faciunt rectissima curva. Quod si retrograde legas, reperies Murva Aurum, & Mutnega esse argentum. Etiam Poeta id dixit.

Vindicta est etiam sapientia lucro. Hieronym. Savonarola in locis communibus, hunc versu recitat. Quatuor illa Timor, Munus, Dilectio, Rancor; Saepè solent hominum rectos pervertere sensus.

Immo Ovidius, ait: Saepè Jovem vidi, cum jam sua mittere veller. Fulmina, sature dato sustinuisse manum. Lib. 3. Fast. Muner a credo mihi placant hominesque, Deoque. Placatur donis Juppiter ipse datus.

Quid facies sapiens; fultus quoque munere gaudet: Ipse quoque accipio munere mitis eris.

* EXEMPLA, ET APOPTHEGMATA. AC PRIMUM E S. SCRIPTURA.

De filiis Samul dicit scriptura: Declinaverunt post avaritiam, acceperunt munera, & statim sequitur, Pervertetur iudicium. 1. Reg. 8.

SAMUEL jam senex universum Israel alloquens, & speciatim de hoc vitio accipiendi munera se purgat: Loquimini de me &c. 2. Reg. 12. 3.

ELISEUS Propheta, cum ei Naaman Princeps militiae regis Syriae ob mundationem à lepra ejus studio impetratam, grati animi ergo magna munera offerret, respondit: Vidit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam, &c. 4. Reg. 5. 16.

Cum BALTASSAR Babylomorum Rex Danieli Prophetae munera dare vellet pro scripturae interpretatione, respuit dicens: Munera tua &c. Daniel 5. 26.

D. PAULUS non modo munera gratis oblata, sed etiam stipendia iure naturae, legeque Dei sibi debita repudiavit: immò declaravit se potius mori malle, quam ea ob labores praedicationis acceptare. 1. Cor. 9. 7. 13. Deut. 25. 4. Matt. 10. 10.

Dicit Judas in epist. Vix illis, qui errore Balaam mercede effusi sunt, id est, in omne facinus imitar Balaam prolapsi: qui nempe mercede conductus fuit à Balaac, ut malediceret populo Israel. Num. 22.

Maledictus pronuntiat in Deuteronomio, Qui accipit munera, ut pervertat animam sanguinis innocentis, & dixit omnis populus; Amen Cap. 27. Munera de sinu Impius accipit, ait Salomon, ut pervertat sententias iudicii.

Vide plura in loco de oblatione, sub finem Tit. Oblatio, & Acceptatio munerum.

HISTORICA GENTILUM.

Scribit Plutarchus, Thebis Judicum imagines spectandas proponi sine manibus, & oculis conniventibus, quod iustitia nec muneribus capitur, nec hominum vultu fleatur.

Et Themistion vtrum Principem vocat, qui est auro inexpugnabilis. Bion dixit, Principem è magistratu oportere non ditorem, sed clariorum discedere.

SENECA in dandis muneribus prudentiam observari suadet. Utique inquit lib. 1. de benef. c. 11. cavebimus, ne munera supervacua mittamus: ut se miz, aut teni arma venatoria, aut rustico libros, aut studiosi, ac litteris dedito retia. Equè ex contrario circumspiciemus, nedum grata mittere volumus, sum cuique morbum exprobatum mittamus: sicut ebrioso vina & valetudinario medicamenta, Maledictum enim incipit esse, non munus, in quo vitium accipientis agnoscutur.

Socrates dicebat, Archelaum quadraginta minas in suam, domum impendisse, conducto mercede Leucippus Heraclota, qui picturas eam exornaret, in seipsum vero nihil. Et ob hanc causam multos è longinquis terrae partibus, magno studio contemplanda domus causa venire: ipsius verò Archelai gratia neminem in Macedonia profectis, nisi si quem forte praesuderet pecunias, & muneribus: tamen honestè, bonique viri capere non possent. Elian. lib. 14. de var. hist.

CYRUS junior Lacadaemonius, ut secum societatem iniret potius, quam cum fratre, hac oratione sese commendavit, Aejbat: tibi cor longè gravius esse, quam fratri: plus

per injuriam comparantur, & contumeliam: sed bovem hic, alius ovem: sunt qui frumentum, aut vinum, dicuntur vero hæc, Dona. Quod si quidem, uti solet amplius prematuria, lac profert, aut palmas: caicum quoque, vel id genus primitias aliâs, ut, *epiphaniâ* dicitur, id est, maturas fruges. *Cælius lib. 13. cap. 16. Antiq. lecti.*

XERXES cum exercitu ex decies centenis millibus hominum constante in Græciam proficiscatur, Pythius Atygis filius Phryx Celenius, regem cum exercitu hospitio excepit. Xerxes hominem ad se accessitum, Equantum possideret interrogavit. Cum ille: haud te, inquit, celabo regum maxime, neque dissimulare fas est. Postquam accipi te celeriter ad mare venturum, volens tibi ad bellum pecuniam dare, subdula meorum pecuniarum ratione, comperi mihi esse argenti bis mille talenta, auri vero quadragies centum millia nummorum Daricorum, septem millibus minus: quæ omnia ad usum belli hujus do tibi, Xerxes, dono: nam mihi victus ex mancipiis, & agricolis abunde suppedit. Cui hilari vultu Xerxes: Ego (inquit) Lyde hospes, ex quo Perfidem egressus sum, neminem adhuc sum nactus, qui in meum exercitum tali hospitalitate sit usus, tantumque auri ultro dono obtrulerit. Ob qua vicissim ego te meum facio hospitem: & ne ad ista quadragies centum millia aliquid desit, septem millia aureorum nummorum tibi ex meo numerari jubeo. Tu hæc, & cætera, quæ ad hunc diem profudisti, liberè habeto, talenque te geras semper hortor: ne que enim unquam penitebit te tuam in regem liberalitatis. *Sabell. lib. 2. Ebor. 3.*

TAXILES Indæ rex, præter aureas coronas, quas Alexandro Magno, & primoribus dono dedit, octoginta signati argenti talenta Alexandro obtrulit. Quæ ille Taxili non solum reddidit, sed mille etiam talenta de manibus superadjecit, vasa ad hæc ex auro, & argento, cum Perficis vestibus, & equis xxx. insignibus. Vix regia liberalitas tantum Taxilem Macedoni devinxit, quantum amicorum animos offendit. *Sabell. lib. 6. Ebor.*

ORSYMES, Sagaræ terræ Satrapes à prisco Cyro oriundus, obtrulit dono Alexandro Macedoni regi aurea vasa, gemmas, vestes, & quatuor millia talentorum signati argenti: largaque ad hæc in omnes Alexandri principes usas munificentiæ, Bagoan eunuchum signis proprio Macedoni conciliatum, nullo profectu est muner, et assis se regis amicos, non secota colere. *idem.*

HERON, Syracusanorum tyrannus, navim, frumento, falsamentis Siculis, & carnibus onustam, donavit Ptolemæo Aegyptio, magna annonæ penuria laboranti. *Athen. lib. 5. cap. 8.*

Romani Asiam captam Artalo Pergamenorum regi muneris loco possidendam tribuerunt: eo excellens, & speciosus urbis suæ futurum imperium credentes, si distulissent, atque amoenissimam partem terrarum orbis, in beneficium, quam in fructu suo reponere maluissent. Ipsa victoria donum felicitis: quia multum occupasse, habere invidiam potuit: tantum tribuisse gloria carere non potuit. *Val. lib. 4. cap. 8.*

TIBERIUS III. Imper. Sigeberto Francorum Regi L. aureos nummos liberales misit. *Sabell. lib. 5. Ebor. 8.*

Constantinus Copronymus Imp. Pipino Gallorum Regi Organum musicum instrumentum, antea in Occidente non visum, muneris loco misit. *idem. lib. 4.*

Enmanuel Græcorum Imp. misit Friderico I. Imperatori duo literis munera pretiosa: inter quæ fuit cantarus smaragdineus, capiens sexarium balsami piscis, & plurimæ gemmæ pretiosæ, anno mclxxvii. *Cranz. lib. 6. c. 37.*

Legati Regis Perfarum Carolo Magno Imperatori pretiosissima detulere munera, tria tentoria, capacissima, pulcherrimæque, omnia byssina, tam funes, quam vela, pallia serica, unguenta, balsamum, horologium ex orichalco, arte mechanica mirifice fabricatum, in quo xii. horarum cursus ad clepsidrum vertebatur, cum totidem pillulis, quæ in completionem horarum cadebant, & casu suo subjectum cymbalum tinnire faciebant: additis xii. equibus, qui per toridem fenestras completis horis exibat, & impulsu suo fenestras prius aperitas claudiebant: & alia multa miraculo digna. *idem. lib. 2. Saxon. cap. 19.*

ALFONSUS ASTRUM rex in Hispania, ut amicitiam cum Carolo Magno testaretur, papilionem pretiosæ artis aulea, apud Francos incognita, donavit, aliisque munera misit. Ulyssipone capta, Maurotam ad lxx. millia cecidit, qui fines Asturum ferro, ignique depopulari fuerant, & de præda loricas, mu-

los, & Mauros Carolo misit, anno dccxcix. *Regino, Adon. Adv. lib. 4. Ritius de reg. Hisp.*

Turcarum Imp. sape antea ab Imp. Sigismundo oppugnatus, perperca pacis foedera cum eo inturus, misit Basilicam solennes ad id persequendam oratores. Imperator in Ecclesia iustitiam prætermissam, in quo quos imperialis fulgur ornamentis considerat. Ante oratores ibant, qui donaferent, vii. xlii. virorum paria fuisse contendunt) qui manu linguli gellarent aures ipsos a peros Imperatori dono. Succedit aius ordo ferentium vasa aurea geminata, proculdubio non vacua, sed aures nimis plena. Inde tertius ordo ferentium pannos & veluto, & auro pretiosos. Post omnes, quidam terebat vestem, serico, auro gemmis incomparabilem. Quæ omnia suo ordine Imperator excepit. Et perfecto propter quod venerant negotio, honoratos, & pro magnificentiâ sua donatos remisit domino suo, quem etiam non parvis muneribus vicissim cohonestavit. *Cranz. lib. 11. Saxon. cap. 22.*

JOANNES BOEMIAE, & Uladislav Lothicus, Polonorum regis opera Caroli Hungarici regis qui mortua Joannis sorore, filiam Lothici in uxorem accepit) in arce Hungaria Villegado anno mcccxxxv. reconciliati fueris hic legibus, F ut Lothicus summam pecuniam Joanni debitam in solidum statim adnumeraret: atque de tota Silesia eidem cum omnibus ducibus concederet. Joannes vicissim, ne amplius titulum regis Poloniae usurparet, neve ullo post hæc tributo Lothicum cum polleritate sua oneraret. Hujusque libertatis redimenda gratia Carolus de sese quo finguentas auri puri libras appendit, quibus gutturium cum pelve accessit, pondo ducentiarum librarum, & insuper quinquaginta crates bellè inaurati, gemmaque pretiosa ex qua dicitur: gemmarum item alveolum, in quo simulachrum pugne latrunculis luditur, adjecta luere. *Dubravus lib. 21.*

JOANNES BOEMIAE rex, epulæ F. Carolus, item Casmirus Poloniae rex, anno mcccxxxv. Villegadam, ut de pace agerent, ad Carolum I. Hungariae regem proficisci, magnificentiâ sunt excepti. Rex Bohemiae, præceteris vasis argenteis, quinquaginta duabus phaleris, totidemque baltheis, insuper latruncularum tabula, mira arte, aurose quo elaborata, ubi angulares pyrgos intructas utique pedum acies, cataphractos equites, & reges, collatis signis pugne vestè simulachrum referentes, cernere erat: quos omnes, aurata, & gemmata arma, campique pavimentum inspidibus, & smaragdus testellatum, ad certamen irritabat: item duobus ephippis, non tam auro, quam in ordine lapillorum exculis, à Carolo donatus est. Adjecta sunt his pocula gemmata duo, alterum ducentis argenti pondo appennum: alterum de solido auro confectum, in concha speciem, & arte, & gemmarum multitudine sane conspicuum. Casmirus cum Bohemia regi tributum penderet, quippe cui Polonia vis omne paulo ante ille concesserat, quingentis pondo ab Hungariae rege donatus est, ut debita Joanni stipendia perolveret. Demum illic confecta pace, perpetuaque foecitate, convenit inter eos, ut quicumque ex his regibus prius vi, armive ab aliis laderetur, ceteri continuo auxilia pacta conferrent, sedus gravissimo à euntis juramento percussum, & confirmatum est. *Bonifacius lib. 9. Dec. 2.*

R E G I N I S .

Venerat cum conjuge Leonora Fridericus III. Imper. Veneticus. Apparatu sumptuosus. excepti. Leonore in publicum venienti bullam auream, tribus gemmis, pretio dum millium, ac sexcentorum aureorum nummorum formositam Veneti dono misere: pallium præterea futuræ foelicitatis omen, cum stragulo cunali, ex purpura margaritis inferta. *Sabell. lib. 7. Dec. 3.*

CONSALVUS Magnus per Mauricam uxorem Isabella reginæ, cui supellex sortu incendio noctu ad Granatam consularat, supellectilem lineam pretiosissimi operis, textilisque materie conopæa recutatis commissuris, insu passim auro, & purpura undique limbos depingente, obtulit. *Jovius.*

vide hanc historiam fufius infra. Munera pretiosa. h. vestes.

POPULO CONGIARIUM,
SPORTULA. MISSILIA.

Congiarium vas est caponarium, congii unius capax, hoc est, sextariorum sennam. Inde Congiarium, pro munere, seu sportula, quæ dabatur diurni cibi nomine clientibus, comitibus, affectis. Translata vox ad principis donum, seu alimentare sit, seu quodvis aliud.

Apud Romanos, congiarium populo, donativum militi a principibus dabatur, ut & magnificentiam suam testarentur, & illorum sibi animos ratione hæc conciliarent. *Pontanus cap. 15. de Magnificentiâ.* Atque hoc annuum plerumque, homines clarissimos, & summis honoribus functi, pro officio, & clientela velut stipendium capiebant. *Alex. lib. 5. cap. 24.*

M. CATO junior novo more tributis sportulas: Græcis, ex tritico, raphano, blito, & apio: Romanis autem vini amphoras, carnes porcinas, ficus, & lignorum fascies. *idem.*

C. JUL. CÆSAR populo præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, tricenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viticim divisit: & hoc amplius, centenos pro mora. Annuum etiam habitationem Romæ usque ad bina millia nummorum, in Italia non ultra quingentos sestertios remisit. Adjecti epulum, ac viscerationem, & post Hispanicem victoriam duo prandia. Nam cum prius parce, neque pro liberalitate sua præbitum judicaret, quinto post die aliud largissimum præbit, *Suet.*

AGUSTUS frumentum plebi gratuitum, & mensurum dedit. Idem quoque tricenos, & quadragenos, nonnunquam singulis quingenos, & ducentos nummos largitus fuit, & ne minores quidem pueros præterit. *Suetonius.*

TIBERIUS trecentos viricum nummos dedit, & prandium mille mensis. *ibidem.*

C. CÆSAR Caligula congiarium populo bis dedit trecentos h. s. toties abundantissimum epulum Senatui, equestris ordini, etiam conjugibus, ac liberis utrorumque. Posteriore epulo, forensia insuper viris, pueris, ac feminis fascias purpuræ, ac conchili distribuit. Et ut latium publicam in perpetuum quoque augeter: adjecti diem Saturnalibus, appellavitque Juvenalem. *idem.*

NERO Imperator plebi congiarium quadragenos nummos viricum dedit. Edidit in urbe spectacula magno apparatu, magnificentissima quoque, & lautissima, quibus homines vescuntur, cæteraque omnia pretiosissima, equos, & mancipia, vehicula, argentum, vestem diversæ generis, agros, tabulas pictas, navem, insulas, gemmas, in signis, & notis quibusdam dabat: jaciebat enim ad plebem parvos globos inscriptos, tanquam in singulis coram aliquid inset: & ut quisque signum collegerat, ita ei largiebatur. *Xiphilinus, & Suetonius.*

C. GALBA dedit epulum populo, senatui, & equestri ordini: ac præter epulas forensia viris, feminis, ac pueris fascias purpuræ, & conchili, quibus ceteris pro caligis urbantur. *Alex. ab Alex. lib. 5. c. 24.*

In Tito scribit Dion, Sphæria lignea ex alto in theatrum sparfa, sic insculpta, ut aliâ esculentis cuspiam, vestis alia, vel edomiti equi, aut servi, aut argentei, aureique vasis imaginuculas præferent. Ea qui excepisset, *epi vis doripus* visus, id est, ad distributores eorum proferre necesse erat, ut quod sphæria prætulissent, acciperet. *Call. lib. 25. cap. 2. A. L.*

DOMITIANUS congiarium populo nummorum ccc. ter dedit, & inter spectacula muneris largissimum epulum, Septem montali sacrorum die senatui, & equitibus panaria, & sportellas cum obsonio distribuit. Cetero omnes generis rerum in theatro sparffisse, & pars major inter popularia decidisset: ne indomati abirent senatorius, & equestris ordo, per singulos cuneos quinquagenas tesseras pronuntiavit.

HALLOGABALUS aurea, & argentea pocula, ac vestes magni census in plebem sparffit.

D. TRAJANUS Imp. cum congiarium populo daret, infantes quoque ad sportulas admisit. *Alex. ab Alex. lib. 5. c. 24.*

ADRIANUS novo more aromata, balsama, & crocum in congiario populo dedit. *idem.*

M. ANTONINUS Imp. ex Africa Romam rediens, octo aureos in cænam viricum dedit, quantum summam antea nunquam exceperant Romani. *Xiphilinus.*

COMMODUS Imp. singulis denarios septingenos vicenos quinos dedit. *Alex. ab Alex. lib. 5. c. 24.*

AURELIANUS Imp. addidit unciam ponderibus, ut vilior esset annona, sua testatur epistola, nihil Romano populo faturo esse lætus. Ter populo congiarium dedit ad oleum, & palatras tunicas ex Afro, & Aegyptio lino: adhæc oraria, quibus populus uteretur ad favorem. Vinum quoque daturus, nisi morte præventus fuisset.

TACITUS Imp. optimum matrimonium suum publicavit, & quam domi pecuniam congregasset, in militum stipendium vertit. *Cuspin.*

Cum corona redimitur Romanus Pontifex, Imperator, & Rex, alivæ principes aliquo insigni honestatem honore, E mos est spargere in populum non vestes, non unguenta (id quod Romani Imp. solebant) sed nummos argenteos, vel aures: quo sic futura liberalitatis signum ab initia statim dignitate appareat. *Polydorus lib. 5. c. 2. de Rerum inventionibus.* Alphonfus X. rex Hispania, in nuptiis filii sui, & Blanca D. Ludovici Gallorum regis F. congiarium populo dedit, & pauperes vestimentis viricum ornavit. *Pont. de Magnif.*

MILITIBUS DONATIVUM,
DONARIUM, STELLATURA.

Stellatura in militaris annonæ erogatione frumentariis testis per similes erat, quibus acceptis, plebi gratuitum distribuebatur frumentum: quippe hæc contributa, vilius constabat militibus annona. Meminit in *Alex. Lamp.* Frumentaria perceptio nuncupatur Julio Capitolino Antonini Philosophi vita. In Pescennio Nigro Spartianus Tribunus duos, quos constitit, stellaturas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliariis jussit. *Cælius lib. 1. 8. c. Antiq. lecti.*

CN. POMPEIUS, victo Mithridate, & Tigrane, singulis militibus M. & D. drachmas Atticæ, prædæ nomine divisit, ac ceteris ducibus sua cuique præmia: tam larga pecuniarum profusione, ut ad sexdecim millia talentorum ea largitio absumpsit. *Sabell. lib. 4. Ebor. 6.*

C. JUL. CÆSAR veteranis legionibus prædæ nomine in pedes singulos super bina h. s. (quæ initio civis multum numeraverat) in equites vicina quaterna millia nummorum dedit. Assignavit & agros, sed non continuos, ne quis possessorem expelleretur. *Suet.*

SEVERUS Imp. victo Albino Romam cum exercitu reversus, postquam Jovis templum ingressus, sacrificia de more peregris, reversus in Palatium, milites muneribus nomine victoriarum, ac multis nummis donavit: largitusque est plurima dona, simulque alia multa indulgit, quæ nunquam antea accepserat. Quandoquidem & frumenti summam primus adauxit, & aureis annulis uti, & domi habere mulierem permisit, quæ prius militibus interdita fuerat. *Dion.* Victo Pompejo divisit in singulos milites millenos denarios, agrumque latum assignavit in Italia. *Plur. in Cæs. & Suet.*

SELYMUS Turcarum imperium Prætorianorum favore consecutus, pecuniam, quæ in arario erat, recognovit, divitibus militibus pro donativo vicies centena millia aureorum: & quò magnitudinem animi perpetua liberalitate testaretur, ac veterem stipendii summam in singulos dies equi quatuor, pediti vero duos argenteos addidit. *Sabell. Supplement. lib. 4. ex Jovio.*

CONSALVUS Magnus, expeditione in Italiam ad pellendos Gallos frustratus, militibus sua signa sequutus donativum dedit. Id constabat partim signata pecunia, quæ grægio præferim militi præberetur: tum verò argento elaborato, auro textili, purpuraque, & sericea tela omnis generis, colorisque in vestes copia ingenti, equis item nobilibus: pistisque tentoriis, inauratis armis, & castrensis lectis, quæ tot tantaque fuerant, quot ea omnia mercatores lucri causa tanquam ad nundinas Corduba, Hispali, Medina, Valentia, Granataque attulissent, ut centum millium aureorum nummorum summam superasse credantur. Ea verò tanta liberalitate divisit, ut nec domesticæ suppellectili parceret, ipseque jam multorum feneratorum malum nomen fore pararetur, cum oppignoratæ aliquot oppidorum redditibus ex gravi usura plane decohereret: ridetibus æmulis, quod inani sumptu, ut regia opulentia odiosum speciem præberetur, domum suam rebus omnibus exhaustiendam superbe, temerèque susceperat, *Jovius in Consalvo.*

L E G A T I S .

Consule Tit. Liberales in non accipiendo, legati, Illic Non accipientis, hic donantis habetur ratio.

A rege Perfarum, undecunque adessent legati, muneribus affici assueverant. Ea verò ferè genus hoc erant. Unicusque argenti signati (quod *iniquorum* nuncupant Græci) Babylonium talentum, phialæ argenteæ talentorum duorum indicatura. His accidebant pelliæ item cum acinace, ac torque, & *peris* vocant: nec medica deerat stola, quam dicunt dorophoriam. *Ex Ælian. lib. 1. Var. hist. Cæli. lib. 1. c. 28. A. L.*

Timagore Cretensi, vel Entimo ex Gortyne, ut voluit Phaniæ Peripateticus, qui Themistoclis imitationem ad regem vene-

venerandi gratia venit, tentorium egregie pulchritudinis, & magnitudinis largitus est Artaxerxes Perfarum rex: lectum præterea argenteos pedes habentem, & stromata magnifica, & cum qui sternere, Græcos enim sternere neficere dicebat. Accerfiebatur ad cognatorum etiam convivium vir hic Cretenfis, ita regem oblectans, ut nullus antea Græcorum, sed neque postea: nam inter affines etiam honor ei præbebatur. Timagotas vero Atheniensis genua regi flebens, & maxime veneratus, eadem non consecutus est: ex iis, quæ regi apposta fuerant, quedam ex mensa ei missa sunt. Antalcida Lacon suam coronam unguentis perfusam misit. In Enatum, & multa alia conferebant, atque in consanguineorum convivia accerfiebatur. Quam rem graviter ferre Perla visi sunt, quod honor aliò transferrebat, & militia rursus in Græciam effect transitura. Misit & lectum pedibus argenteis ad illum, & stratum, & umbraculum, summitatem habens floridam, caeloque persimilem, & cathedram argenteam, pileum auratum, phialas aureas, gemmisque distinctas, & centum magnas argenteas, crateras argenteas, adolescentulas, servas centum, & totidem pueros: aureorum nummorum sex millia, præter ea, quæ ad usum quotidianæ suppeditabat, mensas etiam misit. *Aben. lib. 2. cap. 6.*

PTOLEMÆUS Philadelphus Ægyptiorum Rex, septuaginta duos interpretes Bibliorum & Judæa milios honorificentissimè excepit, & 70. dierum spacio interpretatione absoluta, humanissimè eos dimisi, singulos ternis vestibus optimi, & binis aurii talentis donatos, singulisque unius talenti calicibus, & thoris discubitoris. Præterea Pontifici per eosdem misit decem lectos cum argenteis pedibus cum competenti apparatu, & calicem talentorum triginta: ad hæc decem vestes purpureas, & coronam insignem, & telas byssinas centum, præterea phialas, & trullas, & libatoria, & crateras duas Deo dicandas. *Josephus lib. 12. cap. 2. Antiq.*

Natalitius Christi Salvatoris diebus, cum Rex Anglorum Ricardus auro, gemmisque sacram adem, quam in palatio habebat, pro more exornasset, atque Aquensis Episcopus Bonifacii Pontificis legatus manè in ea sacrificium peregrisset, tum is pontificis exueret vestes, ex aræ ornamentis nihil moveri rex iussit: apprehensoque postea humanè per manum legato, cum ad aram recessisset, dixit: Equum non videri, ea die Pontificium legatum in aliena veste, ornamentisque sacrificasse: propterea quæcumque tunc in ea æde essent, ei dono fedare. *Fulg. lib. 4. cap. 8.*

OTHOCARUS Boemorum Rex ad imperium à Germanis vocatus, licet non acceptarit, nihilominus legatos pretiosissimis muneribus ornavit, neque eorum comites sine purpura, aut serico, neque infimum quemque sine vestibus ex rariore vellere confectis, vacuum à se dimisit. *Dubravius lib. 17.*

PEREGRINIS.

Samii Therasii, qui in Plataeam insulam Africæ causa exploranda regionis missi, duce Corobio, alimentis destituebantur, cibaria in annum dederunt, cum illac fortè iter fecissent. Quo facto ingens amicitia inter Therasios, & Samios contracta fuit. *Herod. lib. 4.*

VICTIS, HOSTIBUS.

D **Ex loco Clementia erga hostes exempla aliquot huc possum transferri, si qua conjunctionem habent liberalitatem.**

ALEXANDER Popum Indorum regem hostem, agrum curavit, & in amicorum numerum recepit, & ampliore donavit regno, quam prius habuisset. *Q. Curtius.*

Mazei, cuius apud Darium summa fuerat gratia, filio satrapia præfecto idem alteram adiecit ampliorem. At ille recusans ait: Tunc, o rex, unus erat Darius, nunc tu multos effecisti Alexandros. *Plut. in Alex.*

DEMETRIUS Poliorcetes Antigoni filius, cum cepisset Atheniensium, qui desererant urbem, & eaque graviter rei frumentaria penuria laboraret, protinus convocata concione, dilargitus est illis frumentum gratis. *Plut. in vita Demetrii.*

STENO Junior, Sueonum rex Christianum II. Danorum regem Stocholmiæ sese oblectentem, & summam rerum omnium inopia, ventoque adverso ad extrema redactum, comitatu liberaliter donavit. Anno 1518. *Jo. Magnus lib. 23.*

CONSALVUS Magnus Gallos hostes, Cafeta dedita, regno Neapolitano excedentes, multis equis liberaliter donavit. *Jovius in Consalvo.*

HISTRIONIBUS.

Cum esset Athenodoro histrioniarigo ab Atheniensibus multa dicta, quod ad Bacchanalium ludos non occurrisset, atque ab Alexandro Magnò ille, ut pro se deprecaretur literis, postulat: eidem eidemque, sed multum misit de suo. *Plur.*

Cum Lycon Scarpensis in theatrum placeret, intermissetque in comedia versum, qui petitionem continebat decem talentorum, aridens largitus est ei Alexander. *Plutarchus in Alexand.*

SPONSIS. MUNERA NUPTIALIA, sponsalia.

Vide superius, Liberalitas circa Dotem.

JUPITER Harmoniam Martis filiam, & Veneris, dedit in matrimonium Cadmo. Ad eas nuptias dii omnes venerunt. Inter alia præterea munera pepulum, & monile admirabilis pulchritudinis, Vulcani opus, Cadmus donavit sponsæ, & ex illa suscepit Ino, Semelem, Agaven, Autonoon, & Polydorum. *Nat. Comes Mythol. lib. 9. c. 14.*

Celebratæ sunt Pelei, & Thetidis nuptiæ in Pelio monte, & ad quas omnes dii præter Discordiam convenirent: quæ ponum aureum in locum nuptiarum iniecit, hæc inscriptione. *ἡ κατὰ νόβητον.* Contulerunt huic omnes dii munera: Pluto smaragdum insignem, Neptuneus equos Xanthum, & Balliam, Vulcanus cultum, & dii cæteri alia. Nam ita mos fuit antiquorum, ut cum donis ad nuptias convenirent. *Natalis Comes Mythol. lib. 8. cap. 2.*

CADMUS Agenoris Europam quaerentem, cum ad Samothracas pervenisset, percepit carcerem, Harmoniam Jasionis forem duxisse uxorem perhibent, & has nuptias à diis primùm celebratas. Ceterumque in gratiam Jasionis ex frumento panem attulisse, Mercurium lyram, Palladem decantatum monile, pepulum, ac tibias. Electram verò Magnæ deorum matris facia celebrare offendisse cum cymbalis, ac psallentium tympanis. Apollinem quoque cithara usum, & Musas tybiis, cæteros deos plausu nuptiarum incurantem auxisse tradunt. His actis, Cadmus iuxta oraculum responsum condidit in Bœotia Thebas. *Diod. lib. 5. cap. 11.*

ALEXANDRO Magno nuptias cum filia Darii Satyra Sufis celebrante: coronæ, quæ missa fuit à legatis Gentium, & à reliquis, quindecim millium fuerat talentorum. *Aben. lib. 12. cap. 18.*

RUSTICIS.

LEO X. Pont. Max. erga Rusticos mirum in modum munificus, ut etiam ejus adventum fel vel fructuosissimis messibus fertiliore sentire faterentur: upote qui senibus, ac pueris, puellisque in viam effusus, ac rustica munera passim offerentibus, non modò pecuniam largissima manu rependeret, sed etiam appellando humaniter, ac sciscitando, quam maxime in parte rei domesticæ acutus à fortuna premeretur, virgines dote præbita sublevarit: affectis autem morbo, ac ætate, vel numerosæ familie onere prægravatis, æs alienum protinus dissolveret, *lovius in Leone X. lib. 4.*

MUNERA QUÆ DANTUR.

Cujusmodi sunt EPULÆ, CONVIVIA.

QUÆ QUALIA.

PUBLICA, &c.

*P*etatur ex loco de Conviviis. *Ubi varie Epulæ, & ex his variis occasibus instructæ, ac datæ referuntur. Videlicet Religiosæ, Funebres, Inaugurales, Nuptiales, &c.*

ALIMENTA.

Item inter Munera numerantur COMMEATUS tam in genere, quam in specie, & dicuntur MUNERA ALIMENTARIA. De quibus in loco de Commætu, & Alimentis agit.

* MUNERA CONVIVIALIA. ἀποφωρητα.

Ea voco, quæ ultro, citroque à convivantibus, & convivis dantur. Ita enim in celebratoribus epulis mortis olim fuit, ut à cæna convivis munera darentur domum deferenda. Quæ munera Græci ἀποφωρητα vocabant, ἀπὸ τῆ ἀποφωρη, quæ nempè ad domum deferrebantur. *Explicit Martialis, dum ad versus inscriptos Apophoreta, canit:*

Præmia conviviæ det sua quisque suo.
Etiam *D. Ambrosius in exhort. ad virg. horum meminit. Qui ad convivium magnum invitatur, ait, apophoreta secum reportare consueverunt. Ego ad Bononiensē invitatus convivium, ubi*

DIGNITATES FRUCTUOSÆ. IUM

Sacer, Sacerdotia.

ubi S. Martyris est celebrata translatio, apophoreta vobis plena sanctitatis, & gratia referre valeo.
MUNERA PRÆSTANTIORA: UT SUNT CIVITATES.

MAGNUS CYRUS Pytharcho Cyziceno, suo familiari, septem urbes largitus est. Is ea fortuna clarus, patriæ tyrannus esse cepit. *Aben. lib. 1. c. 27.*

THEMISTOCLES exul magnis muneribus ab Artaxerxe donatus est. Inter cætera tres urbes in vicium, Magnesium, quæ panem præberet (ex qua regione quinquaginta talenta quotannis redibant) Lampfacum, unde vinum sumeret, & Myntem, ex qua obsonium haberet. *Aben. lib. 1. c. 27. Probos in Themistocle.*

ALEXANDER Magnus Phocioni Atheniensi centum argenti talenta misit, & quatuor Asiæ civitates nominavit, Chium, Elazam, Mylasiam, & Pataram (Plur. Gerythum habet) quarum quancumque librum esse, deligere iussit, ut ejus census, & redditus in propriam utilitatem converteret. *Asian. lib. 1. Var. hist.*

Romani Acarnanibus Leucadem, & Anactorium oppida, B quæ Corinthiis ademerant, sua sponte donationis titulo obtulerunt. *Pont. c. 34. de Liber.*

JUDÆORUM Rex Herodes in Ægypto cum Cæsare Augusto congressus, magnis ab eo beneficiis ornatus est. Augustus attribuit ejus regno Gadara, Hippon, & Samariam, & in maritimis Gazam, Anthonedon, Joppem, Stratonisque turrim: quæ illi non mediocri fuit ad regium spectandum accessio. *Josephus lib. 15. c. 11. Antiq.*

AGRI. PRÆDIA.

Et bello, quod toti Græciæ Xerxes intulerat, cum Aristideli, Græcorum omnium nomine consulente, Delphicum respondisset oraculum, ut in facris Eleusine Cereri campis dimicaret: neque alibi locus esset ullus Cereri Eleusina, nisi in Atheniensi agro facer: nemini dubium erat, quin iuxta oraculum, in Atheniensem agrum redeundum foret. Quod si fieret, gerendi belli rationibus vehementer id adversari putabatur. Itaque cum consilio incerti omnes manerent, dicentemque aut oraculo, aut militariis consiliis, in quibus communis salutis spes posita erat, parere oportere. Platzenes, qui cæteris populis vicinioris Athenis erat, in quorum agro Græcorum tunc castra erant, ne ab eo loco exercitus cederet, qui rebus feliciter gerendis opportunus videbatur, & simul oraculo satisficeret: quod agri inter urbem suam, Athenasque possidebant, Atheniensibus donavit. In quo cum & Græcorum castris, & ad pugandum fatis esset spatio, idque dono Atheniensium esse factum, & propterea Eleusine Cereri sacrum dici jam deberet: egerunt Platzenes, ut cum oraculo militare quoque consilium congrueret: atque ita penes Græcos ejus prælii victoriam jam maneret. Hujus rei gratia Alexander non liberalis solum ipse, verum etiam liberalium amator, & studiosus, cum Plataearum urbem muro nudatam offensus, pecunia sua muro sepse in libertatis præmium; quo Platzenes universam affecerant Græciam. *Fulg. lib. 4. c. 8. ex Plur.*

M. Syl. Otho, qui postea imperavit, cum adhuc privatam ageret vitam, à duobus de finibus arborum lectus, agrum emitt, de quo orta erat controversia, & alteri contententium dono dedit: atque ita inter ipsos litem sustulit. *Suet.*

Universitas Parisiensis à Carolo Magno conditore suo campum Clericorum vulgò dictum accepit, spacio longo, latoque ab insula Maquerella secundum Sequana ripam, ad hortos Nigella, marcosque urbis, & Franciscanorum portam, D. Germani, macellum, & cœnobium, indeque à Divi Martini Hordæacii facello rectâ ad eandem insulam comprehensum, ad definitum: regia intercurrente via divisum, unde majus minusque pratum vulgò nominatum est. Philippus quintus rex anno 1317. iudicium fecit, ut pratum illud, neque sordibus fœderetur, nec a pecore compascere, ut scholastici honestè valeant (scuti ipse loquitur) in eo spatium. *P. Ramus in orat. de sua legat.*

DOMUS.

ALEXANDER Magnus, victo Dario, Parmenioni donavit Bagæ domum, in qua ad cultum pertinentium vestiarum mille talentorum invenit. *Plut. in Alex.*

Borsum Effensem principem ferunt amplissimas semper, & magnis sumptibus ædes edificasse, quibus familiares suos donaret. *Pont. de magist. c. 7.*

CAROLUS VII. Gallorum Rex, solemnè Episcoporum concilio Pragmaticam instituit sanctionem, ut literatâ sacerdotia proveherentur. Prius enim per Galliam beneficia ministris præfulum dabantur: ita ut nullus videtur, in aulica vita ejus rei gratia parastari, quam studium literis imperari, doctos oportebat sua fama contentos vivere, nec aliud sperare quoquam. *Ravissus.*

Profane.
Ex tit. Magistratus acquisitio huc quædam, quatenus honoris ergo dantur.

VESTIMENTA.

DARIUS Cambyses faecles, cum vidisset Sylostem Æaci F. fratrem Polyeratis Samiorum tyranni, purpurea amidum veste elegantissima in foro Memphes deambulantem, petit sibi vestem vendi. Syloson vero gratis obtulit. Aliquanto tempore post cum Darius Rex creatus esset, Syloson Sufa profectus, regi sese exhibuit. Darius, igitur cum humanissimè hominem exceperit, quæcumque vellet, postulare iussit. Petit ille, ut in Samum patriam incolomis reduceretur. Nam Polyerates per Oraxem sublatos, Mæandrius scriba tyrannidem occuparat. Darius Sylofonti paruit. Non tamen absque cæde Samum intrare potuit. *Herod. lib. 3.*

ARTAXERXES Perfarum Rex Teribazo lacera veste sibi occurrenti vestem donavit regiam. *Plut. in Artaxerxe.*

CIMON Atheniensis, cum è domo in publicum egredere, magno nobilium juvenum numero septus erat: qui pulchris, novisque vestibus amidii, si in probos viros, cæterum tricibus vestibus tectos, incidissent, cum eis vestes suas commutabant. *Plut. & Athen. lib. 12. cap. 15.*

DIONYSIUS tyrannus Lyfandri Lacedæmonii filibus pretiosas misit vestes, quas tamen non accepit Lyfander: addens veteri se, ne viderentur ex istis deformiores. *Plut. in Lyfand.*

Fuit in templo Jovis Capitolini pallium breve purpureum, lanctre: ad quod cum matronæ, atque ipse Aurelianus Imp. jungeret purpuras suas, cineris specie decolorari videbantur: cætera divini comparatione fulgoris. Hoc munus Rex Perfarum ab Indis interioribus sumptum, Aureliano de Palmyrenis victori dedisse perhibetur, scribens: Sume purpuram, qualis apud nos est. Nam postea diligentissimè & Aurelianus, & Probus, & proximè Diocletianus, missi diligentissimis confectoribus, requisiverunt tale genus purpuræ, nec tamen invenite poterunt. Dicitur autem sandyx Indica talium purpuram facere, si curetur. *Evaf. ex Fl. Vopisco.*

JOANNES Aragonie Rex XVIII. vestem nullam unquam induit, quam non eodem die petenti sub hæc conditione concesserit. Cum de posuero, cubiculatioque jubebat, ut ei, cum aliam indueret, traderet. *Marineus lib. 12. rerum Hisp.*

ALFONSUS Rex, cum novam induisset vestem, eam familiarium cuiquam non multo post tradendam curabat. *Pontan. cap. 22. de Liber.*

CONSALVUS Magnus cum reginæ Isabella supellex fortuito incendio noctu ad Granatam confagrasset: incunda gratiæ occasionem agnoscentes, Manricam uxorem in proximo Hillore castello confidentem admonuit, ut reginæ toto tunicarum, & lodicum necessario ornata exuta, quicquid ipsa haberet ex mundo maritali, & domestico multarum ancillarum ac pingentium labore, lintæ vestis copiam largiretur. H. *Dono celerrimè, opportunèque transmissa fuit tot, & tanta muliebris usus ornamenta, ut reginæ opulentiæ avari possent conferrentur. In his erant pretiosi operis, textisque materie conopeæ reticulatis commixtis, insuotique passim auro, & purpura undique lumbos depingente, nuptialibus regum thoris dignissima. Sed interularum tuniarum, & lodicum, sudariorumque omnis generis scissimè acu pictorum operosas amicitates usque ad eò regina lætis oculis mirata est. ut cum sumptum subtilissimæ, pretiosæque artis inextimabilem judicaret, una maxime diligentia, & celeritatis admiratione teneretur, ut ea dona tanquam in cum incendiis casum multis ante annis opportunè provisiva, atque elaborata crederentur. Superveniente autem Consalvo, Regina cum eo his erga cum verbis blandè jocata est, repentinum ejus incendiis casum sibi magno commodo cessisse, quod ab incendio tentorio suo importunus ignis in ipsius Consalvi domum rapaci violentia pervasisset. Et liberalitas inexpectato munere Reginæ animam ita obstrinxit, ut*